VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

quasi duobus versibus alveum maris cir
cuibant. Boves autem erant fusiles. et
ipsum mare super duodecim boves inpositum erat.
Quorum tres respiciebant ad aquilonem
et alii tres ad occidentem. Porro tres alii
meridiem. et tres qui reliqui erant orientem.
mare habentes suppositum. Posteriora autem
boum erant intrinsecus sub mari. Porro
vastitas eius habebat mensuram palmi. et
labium illius erat quasi labium calicis
vel repandi lilii. Capiebat quoque mensure
tria milia metretas. Fecit quoque conchas
decem. et posuit quinque a dextris et quinque a
sinistris. ut lavarent in eis omnia que in
holocaustum oblaturi erant. Porro in ma
ri sacerdotes lavabantur. Fecit autem cande
labra aurea decem secundum speciem qua iusserat
fieri. et posuit eas in templo. quinque a dextris
et quinque a sinistris. Nec non et mensas decem. Po
suitque eas in templo quinque a dextris et quinque
a sinistris. Fialas quoque aureas centum. Fe
cit etiam atrium sacerdotum et basilicam grandem.
et ostia in basilica que texit ere. Porro ma
re posuit in latere dextro contra orientem ad
meridiem. Fecit quoque hyram lebetas. et
creagras et fialas. et complevit omne opus
regis in domo dei. hoc est columpnas duas.
et epistilia. et capita. et quasi quedam reticu
la. que capita tegerent super epistilia. Malo
granata quoque quadraginta et retiacula duo.
ita ut bini ordines malogranatorum singu
lis retiaculis iungerentur. que protegerent epis
tilia et capita columpnarum. Bases etiam fecit
et conchas quas superposuit basibus. Mare
unum. boves quoque duodecim sub mari et le
betas et creagras et fialas. Omnia vasa fe
cit salomoni hyram pater eius in domo domini
ex ere mundissimo in regione iordanis. Fu
dit ea rex in argillosa terra. inter sochoth et
sareda. Erat autem multitudo vasorum innu
merabilis. ita ut ignoraretur pondus eris.
Fecitque salomon omnia vasa domus dei. et al
tare aureum. et mensas. et super eas panes pro
positionis. Candelabra quoque cum lucernis
suis. ut lucerent ante oraculum iuxta ritum
ex auro purissimo. et florentia quedam
et lucernas. et forcipes aureos. omnia de auro
mundissimo facta sunt. Tymiatheria quoque
et turibula et fialas et mortariola ex auro
purissimo. et ostia celavit templi interiora
id est sancta sanctorum. et ostia templi forinsecus
aurea. Sicque completum est omne opus quod
fecit salomon omnia que voverat david
pater suus. argentum et aurum. et universa po
suit in thesauris domus domini. Postea vero V.
congregavit maiores natu israel. et cunctos
principes tribuum et capita familiarum de filiis
israel et ~~cunctos principes tribuum~~ in ierusalem ut
adducerent archam federis domini de civita VI.
te david que est syon. Venerunt igitur ad regem
omnes viri israel in die sollempni mensis
septimi. Cumque venissent cuncti seniores
israel portaverunt levite archam et intulerunt eam
et omnem paraturam tabernaculi. Porro vasa
sanctuarii que erant in tabernaculo. portaverunt
sacerdotes cum levitis. Rex autem salomon et uni
versus cetus israel et omnes qui fuerant congre
gati ante archam. inmolabant arietes et
boves absque ullo numero. Tanta enim erat
multitudo victimarum. Et intulerunt sacerdotes
archam federis domini in locum suum. id est oraculum
templi in sancta sanctorum subtus alas cherubin. ita
ut expanderent alas cherubin super locum
in quo posita erat archa. et ipsam archam
tegerent cum vectibus eius. Vectium autem quibus
portabatur archa. quia paululum longiores
erant. capita parebant ante oraculum. Si
vero quis paululum fuisset extrinsecus eos videre
poterat. Fuit itaque archa ibi usque in presentem
diem. Nichilque erat aliud in archa. nisi due ta
bule quas posuerat moyses in oreb. quando
legem dedit dominus filiis israel egredientibus
ex egypto. Egressis autem sacerdotibus de sanctu
ario. omnes enim sacerdotes qui ibi potue
rant inveniri sanctificati sunt. nec adhuc in
illo tempore vices et ministeriorum ordo divisus